Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sunt lapidibus ceciderunt. Item Satur-
nini, tyrsi et victoris. Et apud tarenti-
nam urbem beati vigilii episcopi et martyris.
Et natale sanctorum tarsi, zotici, amonii et
publii. Mensis februarius habet dies xxviii. luna xxix.
D Kal. febr. Apud antiochiam
passio sancti ignacii episcopi et martyris.
Apud smirnam sancti pionii martyris qui
persecucione antonii veri post insupe-
rabilem visionis constanciam et squa-
lorem carceris ubi multos fratrum ad
martyrii toleranciam suis exhortacionibus
roborauit ad ultimum cruciatibus
multis vexatus clauis confixus et ar-
denti rogo super positus beatum pro christo
vite finem sortitus est. Passi sunt
cum eo et alii xv. Eodem die beati effrem
edissene ecclesie dyaconi. Apud scociam
sancte Brigide virginis. cuius vita miracu-
lis claruit. Que cum lignum altaris in
testimonium virginitatis sue tetigisset
viride factum est. Et natale sancti pauli e-
piscopi ciuitatis tricastine cuius
vita virtutibus claruit et mors pre-
ciosa miraculis commendatur. In gre-
cia natale sancti policarpi episcopi. In rauen-
na sancti Seueri episcopi. iiii. Non. febr.
E xix. Purificacio sancte Marie qua
cum infante ihesu representata est in tem-
plo. Apud cesaream beatissimi cor-
nelii centurionis. quem beatus petrus
baptizauit. quique ab eo prefatam
urbem episcopii honore sublimatus
quieuit. Rome sancti aproniani
martyris qui sub persecucione maximi-
ani imperatoris cum presentasset aspec-
tibus laodicii prefecti beatum sisinnium
dyaconum eductum de carcere erat enim
commentariensis et subito fratrem lu-
cem de celo vidisset vocemque pariter
audisset. tremefactus cecidit ad pedes
sisinnii dyaconi dicens. Adiuro
te per christum quem confiteris ne tardes
me baptizare faciasque me pertin-
gere ad coronam. Quem beatus Sisin-
nius baptizauit et ad consignandum
sacro crismate marcello presbytero obtu-
lit. Quo prefectus comperto iussit eum
capitalem subire sentenciam. Produc-
tus est itaque via salaria miliario
sexto et capite truncatus martir vic-
torque decessit. Aureliani deposicio
sacrarie deo sanctitate virginis. In foro
Simpronii sanctorum laurentii ypoliti.
Et natale sancti fortunati. iii. Non. xviiii.
f A febr. In sebastea ciuitate
cappadocie passio sancti Blasii episcopi et
martyris et qui sub agricolao preside ca-
pite truncatus est cum duobus pu-
eris filiis vnius mulieris. de illis